



- ◆ Trabajo realizado por el equipo de la Biblioteca Digital de la Fundación Universitaria San Pablo-CEU

Asseritur vero celebri ac gloriosa fama exitum ejus adeo pium, catholicum, devotumque fuisse, ut astantes numero fere viginti milium omnes ad lacrimas et planctum compassionis, etiam anglicos hostes, provocaverit. Retulerunt etiam quidam se in flammarum medio nomen Jhesus litteris aureis scriptum conspexisse (1). Alii autem columbam candidam in ejus decessu de flammis egredientem vidisse testati sunt (2). Visi sunt preterea quidam anglici, per prius sui acres et crudeles emuli, qui a veritate coacti palam confitebantur injustum ac indignum tam bonam et innocentem personam supplicio mortis dampnasse. Multa hiis consilia vulgariter feruntur, que usquequaque parvipendenda esse non credimus; sed tamen, quia aliunde reperiri facile poterunt, illa pro nunc silencio transigimus. Patet itaque, quoniam juxta sapientem Cathonem correspondent ultima primis, id est, si malignis spiritibus agitata delusaque fuisset, vix numquamve hujusmodi catholicus finis intercessisset. Nam qualis est unusquisque, talis et finis debetur ei, secundum philosophum (3); et presertim quia quos dyabolus phytonica seu prestigiosa arte deluserit vel deceperit male facit finire, et in eternam dampnationem procurat adducere, [f° cxc r°] (ut vult Augustinus, et legitur in c. « Nec mirum », c. xxvj. q. v) (4).

Et ista sufficiunt pro materia processus, que juxta exiguam facultatem pro nunc inducere decrevimus, omnia et singula reverenter submittentes correctioni domini nostri pape ac universalis ecclesie, ymo etiam et caritative emendacioni cujuslibet melius sentientis.

Et sic clauditur primum punctum, seu prima pars hujus exilis consilii.

(1) Le bénédictin Dom Thomas Marie, prieur de Saint-Michel près Rouen, dépose : « quod audivit a multis quod visum fuit nomen Jhesus inscriptum in flamma ignis, in quo fuit combusta ». (Quich. tom. II, p. 372).

(2) Le fr. Isambard de la Pierre le rapporte d'après le témoignage d'un homme d'armes anglais, qui haïssait Jeanne au point d'avoir juré qu'il poserait de sa main le premier fagot pour la brûler : « Viderat ipse anglicus in emissionem spiritus dictae Johannaë, quamdam columbam albam, exeuntem de Francia ». (Quich. tom. II, p. 352). Le mémoire de l'avocat consistorial Pontanus dit : « exsilientem de flamma ». (Quich. *ibid.*, p. 63).

(3) Cet aphorisme d'Aristote est bien connu des scholastiques, mais sous une forme différente que S. Thomas allègue assez fréquemment à propos des actes humains, et qui se trouve dans le Stagyrte (lib. 3. *Ethicorum*, cap. v a medio) : « Qualis unusquisque est, talis finis videtur ei ». Voir le Commentaire de S. Thomas (lect. III); *Opera omnia* . . . tom. v, p. 99.

(4) Le canon « Nec mirum », rédigé avec des passages de divers traités de Saint Augustin, est le quatorzième de la question v, cause xxvi, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1815). Dans ce texte, il est longuement parlé des magiciens et de leurs prestiges, dont Satan se sert pour tromper et perdre les hommes.

Secundum punctum, sive secunda pars, concernens directe formam processus, et continebit duodecim capitula : (1)

Primum, de incompetencia judicis, presertim episcopi belvacensis.

Secundum, de severitate ejus ac inordinato affectu.

Tercium, de incomoditate carcerum et custodum.

Quartum, de recusacione judicis, et sufficienti provocacione seu appellacione ad papam.

Quintum, de subinquire, ac ejus diffugio, et metu sibi illato.

Sextum, de corrupta articulorum compositione.

Septimum, de qualitate revocacionis seu abjuracionis.

Octavum, de pretenso relapsu.

Nonum, de interrogantibus, ac difficilibus interrogatoriis Johanne factis.

Decimum, de assistentibus, defensoribus, exhortatoribus, ac etiam predicantibus processui intervenientibus.

Undecimum, de deliberantibus in causa, seu determinacionibus eorum quoad capitula cause.

Duodecimum, de qualitate sentencie et diffinitione processus.

PRIMUM CAPITULUM

Est de incompetencia judicis, maxime episcopi qui processum deduxit.

In hoc enim suscepto opere, non videtur plene sufficere, [ni]si aliquatenus et pro exiguitate ostenderimus non infuisse sufficientem materiam, ut de errore in fide aut heresis crimi-

(1) Quicherat n'a publié de cette seconde partie que le préambule, ou énoncé des chapitres, le commencement du chapitre premier, c'est-à-dire les trois premières phrases jusqu'à : aliquid in primis dicendum est, et enfin la phrase terminale avec l'Explicit de la *Recollectio*. (*Procès* . . . tom. III, pp. 347-349).

Le promoteur de la cause, Simon Chapitault, après avoir affirmé la nullité du procès par défaut de juridiction (art. XXI de l'interrogatoire) ajoutait que les juges « n'avaient d'ailleurs observé aucun point du droit tel qu'il doit être gardé ». Ainsi formulée, cette dernière allégation était excessive. Il y avait eu en effet de la part de Cauchon et consorts un souci pharisaïque de donner à leurs actes les apparences de la justice : leur procédure n'est pas dépourvue de formes légales ; elle est assez conforme à l'ordre juridique, comme s'exprimait le dominicain fr. Isambard de la Pierre dans sa réponse à cet article, « satis observabant judices ordinem juris ». (Quicherat : *Procès* . . . tom. II, p. 351). Cela ne veut pas dire pourtant que le témoin n'y trouvait rien à reprendre : sa déposition elle-même prouve le contraire. C'est exagérer singulièrement la portée du mot *satis* que d'y voir en germe l'apologie de la procédure, et « le commentaire de cette parole trop peu remarquée » (Voir Quicherat : *Aperçus nouveaux* . . . p. 148) dépasse de beaucoup les limites d'une juste interprétation. Les préjugés du savant professeur de l'École des Chartres contre les tribunaux ecclésiastiques et les notions fausses qu'il avait du droit inquisitorial (Voir : *Aperçus nouveaux* . . . p. 108 et suivantes) l'ont entraîné à des appréciations absolument inadmissibles. N'aurait-il pas dû se rappeler d'ailleurs que Cauchon lui-même, malgré son affectation de sauver les apparences, avait plus d'une fois reconnu implicitement la violation des prescriptions

ne contra Johannam impingeretur, aut sic rigide procederetur; nisi etiam aliquid de defectibus ac viciis processus et iudicii contra eam habiti pro modulo tetigerimus. At, quia magis proprie alterius facultatis est, et de hiis etiam nonnulli peritissimi juriste reperiuntur doctissime pertractasse, ideo, sub brevitatis compendio, hec a nobis transeunda videntur.

De incompetencia ergo iudicis, presertim illius episcopi belvacensis, domini videlicet Petri Cauchon, coram quo et per quem ille qualiscumque processus noscitur precipue deductus, aliquid in primis dicendum est.

Notandum itaque quod, (ut dicit sanctus Doctor, 2^o 2^e q. lx art. ij^o), actus iudicis, in quantum est iudex, dicitur proprie iudicium. Iudex enim dicitur quasi jus dicens: (ut c. « Negocium » § « causa », *De verborum significatione*). Unde iudicium, secundum primam nominis impositionem, iusti sive juris determinationem sive diffinitionem importat; et propter hoc, (ut dicit philosophus in v^o *ethicorum*), homines ad iudicem confugiunt sicut ad quamdam justiciam animatam (1). Ideoque in tantum iudicium est licitum, in quantum est actus justicie. Ut autem iudicium sit actus justicie, tria potissimum requiruntur, in eo scilicet qui assumit exercere iudicium. Primum est, quod procedat ex auctoritate jurisdictionis, seu presidencie. Secundum est, quod agat et moveatur ex certitudine, et secundum rectam rationem prudentie. Tertium est, quod inducatur ex inclinatione justicie. Unde, si quodcumque horum defuerit, iudicium utique viciosum erit et illicitum.

canoniques, lorsqu'il s'irritait contre ceux qui alléguaient les lois de l'Église, et leur répondait qu'il fallait abandonner les Décrets aux décrétistes? « relinquerent decreta decretistis ». (Cf. *Quicherat: Procès* . . . tom. I, p. 325 et tom. III, p. 138).

La note vraie sur les irrégularités et les vices de forme a été donnée par Bréhal, dans cette seconde partie de son mémoire. Pour présumer quelle était sa compétence en pareille matière, il suffit de savoir qu'il était Grand-Inquisiteur de France. Mais la lecture des discussions juridiques de la *Recollectio* fournit la preuve incontestable du fait. Si, avec une modestie qui ne dépare pas la science véritable, il suspend parfois son jugement sur quelques points douteux et déclare soumettre sa manière de voir à l'opinion des jurisconsultes, il ne laisse pas de se montrer fort instruit et expérimenté dans la connaissance et la pratique du droit commun et de la législation spéciale du Saint-Office. Maître à la Faculté de Théologie, il a étudié à fond la jurisprudence civile et ecclésiastique. Les docteurs de la Faculté de Droit ne désavoueraient pas son mérite. Ses appréciations ont donc une valeur de tous points supérieure à une opinion acquise en feuilletant à la hâte et sans le bien comprendre le *Directorium inquisitorum* de Nicolas Eymeric.

(1) Hormis la référence canonique, ici introduite par Bréhal, les trois premières phrases de ce paragraphe sont empruntées à S. Thomas : 2. 2. q. lxx, art. 1 in corp. et non pas à l'article 2, comme l'a écrit le greffier, dont l'indication est exacte seulement pour les phrases suivantes, que l'inquisiteur a rattachées par l'ideoque. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 116 col. 2 et p. 117 col. 1. Mais elles ne sont pas une citation textuelle.

Nous avons exactement transcrit l'allégation du Droit. Au cinquième livre des *Décrétales*, le titre XL, *De verborum significatione*, contient un chapitre « *Forus* » (le dixième), dont deux paragraphes commencent par les mots : « *Negotium* », et : « *Causa* ». On y lit une phrase ainsi conçue : « *Judex dictus quasi jus dicens populo, sive qui iure disceptet* ». C'est donc bien l'endroit visé par Bréhal. — Cependant M. Lanéry d'Arc a cru qu'il s'agissait d'une loi du *Digeste*, et il indique le titre : *De verborum obligationibus*, du livre XLV. Nous n'y avons point trouvé de loi « *Negotium* », ni de §. « *causa* », ni rien qui ait rapport à l'étymologie du mot *iudex*. Le changement de leçon n'est pas justifié.

Nam in primis, quando quis iudicat in hiis in quibus non habet auctoritatem, dicitur iudicium usurpatum. Dicitur enim (in *glosa* super prima lege, ff. *De jurisdictione iudicum*) (1), quod iudicatio est potestas de publico introducta cum necessitate juris dicendi et equitatis statuende. Itaque, secundum beatum Thomam (2), qui facit iudicium legis edictum quodammodo interpretatur, ipsum videlicet applicando ad hoc vel illud particulare negocium. Cum autem ejusdem auctoritatis sit legem condere et legem interpretari, ideo sicut lex condi non potest nisi publica auctoritate, ita iudicium fieri non potest nisi per eum qui publica fungitur auctoritate, que quidem solum se extendit ad subditos. Et ideo, sicut injustum esset quod aliquis constringeret alium ad legem servandam, que non esset publica auctoritate sancita; ita etiam injustum est, si quis aliquem compellat subire iudicium quod publica et legitima auctoritate non fertur. Unde, (ad *Romanos* xliij^o) : « Tu quis es, qui iudicas alienum servum » ?

Alia ratio hujus est etiam secundum beatum Thomam (3), et omnino similis predictae. Sententia namque iudicis est quasi quedam particularis lex in aliquo particulari facto; et ideo, sicut lex generalis debet habere vim coactivam, (ut ait philosophus quarto *ethicorum*), ita et sententia iudicis debet habere vim coactivam, ut astringat ad servandum ejus sententiam : alioquin iudicium non esset efficax. Sed in rebus humanis non habet licite potestatem coactivam, nisi ille qui fungitur publica potestate; qua qui funguntur superiores reputantur respectu eorum in quos potestatem accipiunt, sive illam habeant ordinarie, sive per commissionem. Ideoque manifestum est, quod nullus potest iudicare aliquem, nisi sit aliquo modo subditus sibi vel per commissionem vel per potestatem ordinariam. Et hoc est quod dicit beatus Gregorius, (super illo verbo *Deuteronomii* xliij^o : « Si intraveris segetem, etc. ») : « Falcem iudicii mictere quis non potest in eam rem que alteri videtur esse commissa » (4). (*Argumentum* efficax ad hoc : c. « At si clerici », *De iudiciis*; et in c. « Quod autem », *De penitentiis et remissionibus*; et c. « In primis », ij^a q. j; cum similibus) (5).

(1) Le mot : *iudicium* a été ajouté à tort par Bréhal ou par le greffier. Le titre authentique est simplement : *De jurisdictione*. La loi « *Jus dicentis* » est la première du premier titre, au livre II du *Digeste*; (p. 259). Elle énumère les pouvoirs du juge, et la glose donne la définition alléguée ici.

(2) Tel est en effet le sens de la doctrine exposée dans la *Somme théologique* : 2. 2. q. lxx art. 6 in corp. — *Opera omnia* . . . tom. XXI p. 118 col. 2.

(3) Bien que Bréhal n'ait pas indiqué l'endroit, il est manifeste que cette doctrine est celle de la *Somme théologique* : 2. 2. q. lxxvii art. 1 in corp. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 132 col. 1.

(4) Cette phrase est tirée d'une lettre de S. Grégoire le Grand, (*Epist.* lib. xi, *epist.* 64, resp. ix ad *Augustinum Anglorum episcopum*). Migne : P. L. tom. lxxvii col. 1192. — Au lieu de : in eam rem, le texte imprimé porte : in eam segetem.

(5) Au lieu de : *argumentum*, on peut lire avec M. Lanéry d'Arc : *articulus*; car l'abréviation du manuscrit permet les deux leçons.

Le chapitre « *At si clerici* » est le quatrième du premier titre : *De iudiciis*, 2^e livre des *Décrétales*; (p. 523). Il y est question du jugement des clercs, et, à ce propos, il est dit : « *Sententia a non suo iudice lata non tenet* ».

Le chapitre « *Quod autem* » est le quatrième du xxviii^e titre, au cinquième livre des *Décrétales*; (p. 1865). On y lit ces mots : « *Cum a non suo iudice ligari nullus valeat* . . . »

On trouve une sentence similaire dans le canon « *In primis* », qui est le septième de la question première, cause II, de la seconde partie du *Décret*; (p. 779).

Permictunt tamen jura, ut aliquis sorciatur alterius forum ratione delicti, ut videlicet per eum judicem quis puniatur in ejus districtu deliquit : (ut in q. vij, c. primo ; vj. q. iij, « Placuit » ; et *De raptoribus*, c. primo, cum notatis ibidem ; c. « Postulasti », *De foro competenti* ; C. *Ubi de crimine agi oportet*, leg. prima et ij^a) (1). Unde tunc episcopus, vel alius judex, in ejus diocesi vel territorio aliquis deliquit, efficitur ejus superior ratione delicti ibidem perpetrati, (ut dicit sanctus Doctor, 2^a 2^e q. lxxvij, art. j^o) (2).

In hoc itaque proposito nostro, cum diocesanorum episcoporum sint certi ac determinati limites positi sue jurisdictionis exequende [**f° cxc v°**] quos transgredi non decet : (ut xlij. q. j. c. j^o ; et *De sepulturis*, c. j^o) (3) ; alias confunderetur maxime ordo ecclesiasticus, si non unicuique sua jurisdictio servaretur : (ut in c. « Pervenit », xj. q. j) (4). Itaque non apparet justum fuisse aliquo modo, quod iste episcopus belvacensis, obtentu sue jurisdictionis ordinariæ, in Johannam ipsam judicium subriperit. Constat autem, quod in predicta ejus diocesi neque alias moram aliquo modo traxerat, neque illic domicilium habebat, sed potius in loco proprie originis ; quia unde quis oriundus fuit, ibi domicilium habere dicitur : (ff. *De senatoribus*, lege penultima) (5). Et etiam, ut aliqui magni bene notant, tunc

(1) Le canon « Placuit » est le troisième de la dist. vi de *Pœnitentia* (dans la question III de la cause xxxiii) seconde partie du *Décret* ; (p. 2223). Bien qu'il concerne le for de la pénitence, ses principes sont applicables au for extérieur.

Le chapitre premier « De illis autem » du titre xvii *De raptoribus*, au V^e livre des *Décretales* (p. 1725), donne à l'évêque du lieu où le crime a été commis le droit d'excommunier le coupable ; et la glose marginale ajoute : « Quia ratione delicti facti sunt de foro illius, et ibi possunt conveniri ». — On trouve aussi dans le livre IX du *Code* un titre analogue, le treizième : *De raptu virginum seu viduarum* ; dont la première loi « Raptores » (p. 598), confère aux juges de toutes les provinces le droit de saisir les ravisseurs et de les condamner, « sine fori præscriptione » ; et la glose marginale donne la même raison que tout-à-l'heure : « Nam et hic ratione delicti forum habet ».

Le chapitre « Postulasti » est le quatorzième du titre II, *De foro competenti*, au second livre des *Décretales* ; (p. 552). On y lit cette déclaration expresse : « Per episcopum in ejus diocesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem ». Les gloses marginales, tant de ce chapitre que des autres cités dans cette note, allèguent des textes nombreux pour établir la compétence du juge, *ratione delicti*.

Enfin le *Code* (et non pas le *Digeste*, comme l'indique à tort M. Lanéry d'Arc, puisque le sigle ff ne se trouve pas à la référence) renferme dans son troisième livre le titre xv : *Ubi de criminibus agi oportet*, dont les deux premières lois décident des cas particuliers d'après le même principe général ; (p. 174).

(2) La plupart des expressions sont empruntées à la réponse ad 3^m de l'art. 1 : 2. 2. q. lxxvij : *Opera omnia*. . . . tom. XXI, p. 132 col. 1. — Bréhal a simplement ajouté : vel alius judex. . . , vel territorio, pour faire une application plus générale.

(3) Le canon « Ecclesias », premier et unique de la première question, cause xiii, dans la seconde partie du *Décret* (p. 1281), détermine la juridiction des curés, d'une façon générale.

Le chapitre « Nos instituta », qui est le premier du titre xxviii *De sepulturis*, au troisième livre des *Décretales* (p. 1199), règle leurs droits en particulier par rapport aux sépultures.

(4) Le canon « Pervenit » est le trente-neuvième de la première question, cause xi, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1145). La dernière phrase de ce canon exprime l'inconvénient que Bréhal vient de signaler.

(5) Telle est la leçon exacte du manuscrit. Il existe en effet au premier livre du *Digeste*, titre IX, *De senatoribus*, une loi qui est la onzième et avant-dernière (p. 249), où le principe énoncé par

in exercicio impositæ sibi legacionis erat ; ideo vetus ac proprium domicilium suum minime censetur mutasse : (ut lege « Cives », C. *De incolis*, lib. x^o) (1).

Preterea, ut dictum est, per multos prelatos regni olim fuerat examinata et admissa, aut saltem permissa seu tollerata. Unde injustum videtur, quod iste episcopus, cum in alios superioritatem non haberet, judicare in ea re presumpserit. Nam reputare debuit tot et tantorum prelatorum atque doctorum rectum et integrum fuisse judicium, juxta illud : Integrum est judicium, quod plurimorum sententiis comprobatur : (c. « Prudentiam », *De officio judicis delegati*) (2). Ideo in causa hac judicandi auctoritatem nullam habuit ; par enim in parem non habet imperium : (c. « Innotuit », *De electione* ; et lege « Adversus », C. *Si adversus rem judicatam*) (3).

Denique, ratione delicti ibi commissi, non est sortita ejus forum ; quoniam si de criminibus, de quibus accusabatur, in nullo alio loco reperitur deliquisse, quanto minus ibi, cum nunquam illic fuisset, nisi dumtaxat in eo exitu quando fuit capta. Nec sufficit allegare quod in armis et in virili habitu fuit deprehensa ; quoniam ista non sunt graviora, de quibus per illos dampnatur ut errans in fide, scismatica, heretica et hujusmodi. Nunc vero episcopus solum cognoscit de criminibus commissis in sua diocesi ; (in c. « Cum contingat », *De foro competenti*) (4).

Neque etiam valet, si quis dixerit quod hereticus ubique potest puniri, quoniam, secundum leges, in celo et in terra delinquit, ymo et ipsa elementa offendit. Dicendum quod hic presupponitur quod probari debet : videlicet quod ipsa fuerit heretica ; et hoc non apparet, ut jam probatum est, et adhuc magis plene inferius apparebit. Item, propter hoc quod hereticus totum universum quodammodo offendit, non confunduntur ex eo ecclesiasticæ jurisdictiones, ut videlicet per quemlibet ordinarium episcopum possit hereticus indifferenter puniri, sed dumtaxat regulariter per suum, ut notat Johannes Andree (super verbo *Ubique*, c. « Ut officium », *De hereticis*, lib. vj^o) ; et allegat c. « Si episcopus », (*De officio judicis ordi-*

Bréhal se trouve en propres termes. Nous ne pouvons donc comprendre comment M. Lanéry d'Arc a cédé à la malencontreuse idée de substituer ici : Lege « De jure omnium incolarum » ; et d'indiquer en note : *Digeste*, L. 1. 37.

(1) La loi « Cives » est la septième du titre xxxix *De incolis*, au livre x du *Code* ; (p. 658). Voici le passage, auquel se rapporte l'allégation de Bréhal : « In eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet ; unde cum profectus est, peregrinari videtur ; quod si rediit peregrinari jam destitit ».

(2) Sauf le dernier mot : comprobatur, que les imprimés remplacent par : confirmatur, cette sentence est textuellement empruntée au chapitre « Prudentiam », qui est le vingt et unième du titre xxix : *De officio et potestate judicis delegati*, au premier livre des *Décretales* ; (p. 342).

(3) Le chapitre « Innotuit » est le vingtième du titre vi, au premier livre des *Décretales* ; (p. 131). L'aphorisme juridique invoqué par Bréhal y est exprimé en propres termes.

La loi « Adversus » est la troisième du titre xxvii, au second livre du *Code* ; (p. 144). La décision qu'elle contient émane du même principe.

(4) Le chapitre « Cum contingat » est le treizième du second titre : *De foro competenti*, au second livre des *Décretales* ; (p. 551). Il déclare en termes exprès le principe ici allégué par Bréhal.

narii, libro vj^o), ubi cavetur quod episcopus potest sedere pro tribunali et causas audire in omni loco sue diocesis. (Et ad hoc bene facit cap. « Ut commissi », circa medium, eodem titulo et libro, ibi : « Cum prelati quorum subsunt jurisdictioni », etc.) (1). Ideo, concesso quod in premissis Johanna etiam alibi deliquisset, tamen non debuit iste episcopus de illis cognoscere ; quoniam ubi grave crimen est, remittitur ubi quis deliquit : (lege « Desertorem », ff. *De re militari* ; et lege « Si cui », §. finali ff. *De accusationibus*) (2).

Amplius, quare hic episcopus, queso, cum procedere instituisset, non processit in proprio loco sue civitatis aut diocesis ? Respondebit, quod non ausus fuisset propter alteritatem obediencie, sub qua tunc civitas helvacensis a Francis detinebatur. Ideo, ut videtur, sibi licuit aliunde procedere per *Clementinam* « Quamvis », *De foro competenti* (3). Sed procul dubio istud plus accusat eum quam excusat. Nam *Clementina* illa loquitur de episcopo violenter et injuste a sua sede expulso. Iste autem cum esset lingua et natione, quinymo et ob causam ecclesie sue (4), gallicus regique Francie subditus, quis prohibuit eum in ecclesia sua, principi suo legitimo et naturali debitam fidelitatem prestando et servando, pacifice residere, sicut et alii quamplures prelati circumvicini fecerant, ut Remensis, Senonensis, Trecentensis, et hujusmodi, qui alias sub Anglorum servitute extiterant ? Restat ergo quod non debuerit censerī expulsus, ut dicta constitutio in hoc ei suffragetur, sed potius ex concepta infidelitate ad suum verum principem infidus voluntariusque transfuga reputetur.

Ulterius, dato quod vere esset expulsus secundum mentem dicte *Clementine*, tamen non debuit secundum intencionem ipsius constitutionis ad alienam civitatem iudicium transferre, quamdiu locum insignem et opportunum in propria diocesi reperire potuit. Satis autem presumendum est quod tunc erant loca multa in sua diocesi obediencie anglicorum subjecta.

(1) Le chapitre « Ut officium » est le onzième du titre II *De haereticis*, au V^e livre du *Sexte* de Boniface VIII. Voir la glose de Jean André dans l'édition du *Sexte* (Lugduni 1559; p. 342, col. 2).

L'allégation « Si episcopus » tient probablement à une erreur de mémoire. Il faut lire : « Cum episcopus » ; c'est le septième chapitre du titre XVI : *De officio ordinarii* (il n'y a point : *iudicis*, mot ajouté par Bréhal ou par le greffier) au premier livre du *Sexte* ; (p. 268). C'est en effet dans ce chapitre que se trouve la déclaration mentionnée par l'inquisiteur.

Enfin, le chapitre « Ut commissi » est le douzième du titre II *De haereticis*, au cinquième livre du *Sexte* ; (p. 631). — Les gloses de Jean André, tant sur le chapitre « Ut officium », que sur le chapitre « Ut commissi », ont été reproduites par Eyméric dans la seconde partie de son *Directorium inquisitorum* (pp. 186^b-188^a). Nous donnons cette indication pour faciliter le contrôle des textes.

(2) La loi « Desertorem » est la troisième du titre XVI : *De re militari*, au livre XLIX du *Digeste* ; (p. 1660). Il y est dit que les soldats déserteurs doivent être punis « ubi facinus admissum est ».

La loi « Si cui » fait une déclaration analogue, relativement aux esclaves. C'est la septième loi du titre II *De accusationibus*, au livre XLVIII du *Digeste* ; (p. 1585).

(3) Le chapitre unique de la *Clémentine* « Quamvis » (au titre second du deuxième livre, pp. 89-95) concède aux évêques expulsés de leur siège le droit de procéder en dehors de leur diocèse contre les expulseurs, et d'y juger leurs propres sujets.

(4) Ainsi que Bréhal l'indique au chapitre suivant, l'évêché de Beauvais conférait la dignité de pair de France à celui qui en devenait le titulaire.

Adhuc, posito quod non esset alius locus, tamen potuit comode per alium subrogatum in propria civitate procedere ; ideo non potuit aliunde, (ut notat Johannes Andree, in dicta *Clementina*, in verbo « Per alium ») (1).

Demum, exigitur quod locus sit citato securus, ut etiam notat Bonifacius de Amanatis (2) post alios, in dicta constitutione. Nunc vero constat quod civitas helvacensis, que sub obediencia regis tunc erat, magis segura Johanne fuisset quam rothomagensis, que tyrannidi anglicorum suberat. Neque etiam repperitur quod aliam causam preter istam solam titulo sue ordinarie jurisdictionis ibidem deduxerit. Ex quibus evidenter apparet hoc iudicium non solum corruptum, sed etiam ob defectum legitime seu competentis potestatis temere et injuste per dictum episcopum usurpatum fuisse.

Secundo, debet iudex procedere ex certitudine rei de qua agitur, et secundum rectam rationem prudentie. Cum enim deest certitudo rationis, puta cum aliquis iudicat de hiis que sunt dubia vel occulta per aliquas leves conjecturas aut presumptiones, tale iudicium dicitur suspiciosum seu temerarium ; (hoc ponit sanctus Doctor, ubi supra) (3). Sciendum ergo, quod sicut jurisdictiones sunt limitate secundum loca et personas, ita ut quis possit iudicium exercere hic et non alibi, et in hanc personam et non in aliam ; ita etiam limitate sunt quo ad negocia et causas, ita quod quilibet iudex non potest indifferenter in causam quamcumque occurrentem.

Et iterum, cum iudex sit interpretes justicie, ut dictum est, interpretacio autem fit per nota et certa, sequitur quod de hiis que excedunt facultatem jurisdictionis, aut non possunt attingi certitudine probacionis, non debet aliquis talium sibi assumere iudicium. Sunt autem aliqua, que sui magnitudine ac incertitudine fugiunt et excedunt lege communi humanum ingenium, de quorum genere sunt inspiraciones ac divina oracula. Unde talia, quia alta sunt et occulta, non sub humano, sed solum sub divino cadunt iudicio, (primi *Regum* xvj^o) : « Homines vident ea que patent, Deus autem intuetur cor » ; (et bene expresse in c. « Si omnia », vj. q. j ; c. « Erubescant », dist. xxxij ; et c. « Christiana », xxxij. q. v, cum similibus) (4). Nam

(1) C'est la remarque faite par Jean André, à propos des mots *per alium*, dans la *Clémentine* « Quamvis », au titre second du deuxième livre.

(2) Boniface Ammanati, de Pistoie, jouissait au XIV^e siècle d'une certaine réputation parmi les canonistes. Créé en 1397 cardinal-diacre, du titre de Saint-Adrien, il mourut deux ans après, à Aigues-Mortes. Il a laissé sur diverses parties du droit ecclésiastique, et spécialement sur les *Clémentines*, des commentaires dont Bréhal invoque l'autorité. La Bibliothèque nationale de Paris possède plusieurs manuscrits de cet auteur, entre autres : *Allegationes coram D. Rege Castellæ et toto consilio apud Medinam del Campo, super facto schismatis* (ms. 1469) ; *Determinatio quod Fratres minores possunt heredes instituere, et legata sibi relicta exigere* (ms. 4591). Mais nous n'y avons rencontré, ni aux manuscrits, ni au département des imprimés, l'ouvrage allégué dans la *Recollectio*. Cet ouvrage n'existe pas non plus, à notre connaissance, dans les grandes bibliothèques de Lyon et de Rome.

(3) A partir de « secundum rectam rationem prudentie », c'est à peu près littéralement le texte de S. Thomas : 2. 2. q. LX art. 2 in fine corp. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 117 col. 1.

(4) Le texte de la Vulgate (I *Reg.* xvi. 7) est celui-ci : « Homo enim videt ea quae parent ; Dominus autem intuetur cor ».

Le canon « Si omnia » est le septième de la question première cause vi, dans la seconde partie

cum de istis non possit ecclesia divinare: (c. « Ut nostrum », *Ut ecclesiastica beneficia*); ymo iudicium ecclesie sepe in hiis falli et fallere potest: (c. « A nobis », *De sententia excommunicationis*); ideo de ipsis non iudicat: (c. « Sicut tuis », in fine; et c. « Tua nos », *De symonia*. Et notanda est *glosa* in dicto c. « Erubescant ») (1).

Nam, etiam de mediocribus, incertis seu indifferentibus, homini prohibetur iudicium. Ait enim Augustinus, (in libro *de sermone domini in monte*): « Ea facta, que dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. De hiis autem que non possunt homo animo fieri, sicut sunt stupra, blasphemie, et hujusmodi, nobis iudicare permittitur. De factis autem mediis, que possunt bono et malo animo fieri, temerarium est iudicare, maxime ut condempnemus ». Hec ille (2). Sed et valde ad propositum ait beatus Hylarius (super *Matheum*): Sicut vetat Dominus [ne] iudicia ex incertis rebus inter homines sumantur, ita ne iudicium de divinis rebus ex ambiguitate [f° cxcj r°] suscipiatur, hoc penitus a nobis repellit, sed ut constans fides potius retineatur: quoniam sicut ex incertis rebus peccatum est perperam iudicare, sic in hiis rebus de Deo iudicium inire fit criminis » (3).

Unde et hac ratione beatus Augustinus, (premier livre *de civitate Dei*, cap. xxv°), non audeat improbare, quin ab ecclesia debite venerari possint quedam virgines, que ne violaren-

du *Décret*; (p. 1003). Le commencement se rapporte à l'assertion de Bréhal; il est ainsi conçu: « Si omnia in hoc saeculo vindicata essent, locum divina iudicia non haberent ».

Le canon « Erubescant » est le onzième de la trente-deuxième distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 199). Il y est dit: « De manifestis quidem loquimur; secretorum autem et cognitum Deus et iudex est ».

Le canon « Christiana » est le vingt-troisième de la question v, cause xxxii, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 2009). On y trouve ces mots: « non habent latentia peccata vindictam ».

(1) Le chapitre « Ut nostrum » est le premier et unique du titre xii, au troisième livre des *Décrétales*; (pp. 1104-1108). Vers le milieu, c'est-à-dire p. 1106, le pape allègue la raison suivante: « quoniam, etsi locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis potuimus divinare ».

Le chapitre « A nobis » est le vingt-huitième du xxxix^e titre, au cinquième livre des *Décrétales*; (p. 1895). On y trouve ces mots: « Iudicium Dei veritati, quae non fallit nec fallitur, semper innititur; iudicium autem Ecclesiae nonnunquam opinionem sequitur, quam et fallere saepe contingit, et falli ».

Les chapitres « Sicut tuis », et « Tua nos » sont les trente-troisième et trente-quatrième du titre iii: *de Simonia* au cinquième livre des *Décrétales*; (pp. 1634-1637). Dans le premier, il est dit: « non iudicat de occultis [ecclesia] ». L'autre déclare: « Nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare ». La glose du canon « Erubescant » (cité plus haut) met précisément en lumière cet aphorisme juridique.

(2) Ce passage de S. Augustin est extrait du second livre *De Sermone Domini*, cap. xviii, n. 59 et 60. Les trois phrases, dont il se compose, ne sont pas juxtaposées dans le texte: elles ont été arrangées et groupées par Bréhal, qui s'est seulement servi des expressions de l'évêque d'Hippone. — Migne: P. L. tom. xxxiv, col. 1296 et 1297.

(3) Bréhal citait probablement de mémoire, car le texte de S. Hilaire (in *Evang. Matth. Commentarius*, cap. v n. 14) est assez différent: « Iudicari de sponsonibus suis vetuit, quia ut iudicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ita et hoc iudicium adversum Deum ex sentiendi atque opinandi ambiguitate suscipitur, quod penitus repellit a nobis, ut constans potius fides retineatur, quia non sicut in rebus caeteris peccatum sit perperam iudicasse, sed in his rebus tantummodo de Deo iudicium initum esse sit criminis ». Migne: P. L. tom. ix, col. 950.

turse in flumen precipitaverunt, quia nescit an id ex inspiratione divina fecerunt (1). Ad idem, magister Jacobus de Vitriaco, episcopus tusculanus (2), scribens ad Fulconem tholosanum, commendat quasdam mulieres que, ne in vastacione civitatis leodiensis sue castitatis dampnum incurrerent, se ipsas in flumen precipitaverunt, aut in sentinas stercorarias ultro prosilierunt. Estimât enim illas hoc instinctu divino fecisse, (ut narrat frater Vincencius, quarta parte *Speculi hystorialis*, lib. xxxj°, cap. xiiij°). Supra tales ergo ecclesia iudicium non assumit, sed divino potius iudicio ac proprie eorum consciencie relinquit: (ut c. « Inquisitioni », *De sententia excommunicationis*; et c. « Nisi cum pridem », in fine, *De renunciacione*) (3).

Cum itaque in presenti causa ageretur de divinis revelacionibus, que omnem legem superant, (ut c. « Ex parte », *De conversione conjugatorum*) (4), temerarium plane fuit huic episcopo, ac etiam collateralis suo, de hac re altissima et secretissima velle iudicare, summoque Dei iudicio, cui specialiter ac expresse hujusmodi cause reservantur, presumere derogare, cum lex superioris per inferiorem tolli non possit: (c. « Ne romani », *De electione*, lib. vj°) (5). Ideoque iudex fuit incompetens, et iudicium per consequens nullum; quia ad ipsum non spectabat cognitio aut diffinicio talis ac tante cause. (Argumentum: c. « Inferior », xxj dist; c. « Cum inferior », *De majoritate et obediencia*) (6).

(1) Lan.: ex inspiratione Domini.

S. Thomas a cité le passage même où S. Augustin expose le fait et l'apprécie de la sorte: 2. 2. q. cxxiv, art. 1, arg. 2 et ad 2^m. — *Opera omnia*... tom. xxi, p. 228 col. 2 et p. 229 col. 1.

Le greffier a omis un chiffre dans sa référence: il fallait chapitre xxvi au lieu de xxv. — Migne: P. L. tom. xli col. 39.

(2) Maître Jacques de Vitry a été l'un des plus célèbres prédicateurs du XIII^e siècle. Chanoine régulier, il fut nommé évêque de Saint-Jean d'Acre (*Ptolemaïs*), puis cardinal-évêque de Frascati (*Tusculum*). Il écrivit la lettre, dont il est ici question, à Foulques, évêque de Toulouse, appelé aussi Folquet de Marseille, qui fut l'ami et le protecteur de S. Dominique.

(3) Le chapitre « Inquisitioni », quarante-quatrième du titre xxxix, au 5^e livre des *Décrétales*, (p. 1916), a déjà été cité pour montrer qu'il faut agir selon le jugement de la conscience sérieusement formée.

Le chapitre « Nisi cum pridem » est le dixième du titre ix *De renunciacione*, au livre premier des *Décrétales*; (pp. 232-238). A propos de la demande faite par un évêque qui voulait renoncer à son siège, le pape examine si cette demande provient de l'esprit de Dieu; car, dans ce cas, la liberté de renoncer viendrait de Dieu lui-même.

(4) Le chapitre « Ex parte », quatorzième du titre xxxii, au troisième livre des *Décrétales* (pp. 1266-1267), donne la solution d'un cas difficile, en faisant toutefois une réserve: « nisi forte secus fieret ex revelatione divina, quae superat omnem legem; sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum ».

(5) Le chapitre « Ne Romani » est le second du titre iii: *De electione* au premier livre des *Clémentines*; (p. 26). Il renferme l'aphorisme allégué par Bréhal. C'est donc par une erreur de mémoire, ou par un *lapsus calami*, qu'il a ajouté à la référence: libro sexto. On trouve, il est vrai, dans le *Sexte* un titre *De electione*, mais il n'y a point là de chapitre « Ne Romani ».

(6) Les deux textes que Bréhal indique à l'appui de son affirmation sont aussi explicites que possible. Le canon « Inferior » est le quatrième de la xxi distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 117).

Le chapitre « Cum inferior » est le xvi^e du titre xxxiii, au premier livre des *Décrétales*; (p. 435).

Prostremo, requiritur quod iudex procedat ex inclinacione justicie. Justicia enim est, ex qua procedit dispositio et ydoneitas ad recte iudicandum; que quidem si defuerit, ex eo redditur iudicium perversum, corruptum et injustum. Sed, quia istud videtur potissimum affectionem seu dispositionem animi ipsius iudicantis concernere, ideo in proximo capitulo locum oportunum habebit.

SECUNDUM CAPITULUM

De iudicantis episcopi inordinato et corrupto affectu, ac ejusdem severitate.

Ad plenius declarandam incompetenciam pretensi iudicis, videlicet episcopi belvacensis, satis congruit aliquid adducere de sui animi manifesta et vehementi passione seu corruptione, ac ejusdem severitate in procedendo ostensa. Nam, ut supra immediate dicebatur, ad verum iudicium et competentem ac saltem bonum et legitimum iudicem requiritur, quod procedat ex inclinacione justicie; alias non est iudex: (c. «Negocium» §. «causa», *De verborum significatione*; et xxij. q. ij, c. «Justum») (1). Et ad hoc facit ubique non solum scriptura, sed etiam leges et canonica jura, quorum tediosa foret et onerosa allegacio. (Sed hoc precipue deducitur xj. q. iij per totum; et bene expresse in c. «Cum eterni», *De sententia et re iudicata*, libro vj^o) (2).

Circa vero iudicium in Johannam factum, quantum maxime ad partem episcopi iudicantis spectat, ex multiplici evidenciam patet favor corruptus. In primis enim quia, suo naturali et vero principe derelicto, ymo et sede sua episcopali spreta, cujus gracia inter pares Francie annumerari debuerat (3), maluit tamen, ut dictum est, quasi vagus cum anglis residere quam suo legitimo regi debitam fidelitatem prestare et servare, quamvis nulla subesset causa digna, ut regis Francie obedienciam subterfugeret.

Secundo, quia regis Anglie, hostis manifesti ac invasoris corone Francie, hic episcopus

(1) La première référence est exacte, comme nous l'avons déjà expliqué, au commencement du chapitre précédent, et les changements introduits par M. Lanéry d'Arc ne sauraient être justifiés. Ici encore nous trouvons dans le titre XL *De verborum significatione*, au Ve livre des *Décrétales* (pp. 1934-1936), le passage auquel Bréhal fait allusion: «Non est ergo iudex, si non est in eo iusticia».

Le canon «Justum» contient cette même phrase. Il est le premier de la question II, cause XXIII, dans la seconde partie du *Décret*; (p. 1603).

(2) Un bon nombre de canons de la question III, cause XI, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien, (pp. 1151-1207), se rapportent à l'obligation qui incombe au juge de rendre une juste sentence. — La même recommandation est faite solennellement dans le chapitre «Cum aeterni», qui est le premier du titre XIV, au deuxième livre du *Sexte* de Boniface VIII; (pp. 372-375).

(3) Dans les Additions ou gloses d'Étienne Aufréri, publiées par Dumoulin à la suite du *Stylus Parlamenti*, on lit ce passage relatif aux Pairs de France: «Sciendum est duodecim esse pares Francie, sex clericos et sex laicos: ex quibus sex sunt duces, et sex comites. Clerici sunt: archiepiscopus et dux Remen., episcopus et dux Lingonen., episcopus et dux Laudunen., episcopus et comes Belvacen., episcopus et comes Noviomen., et episcopus et comes Cathalaunen., Laici autem sunt duces Burgundie, Normandiae et Aquitaniae, et comites Campaniae, Flandriae, et Tholosae». (part. 2 cap. 2. — p. 133).

quasi primus et potissimus usque ad mortem semper consiliarius fuit, et sub ejus stipendiis continue vixit (1).

Tercio, et magis specialiter, quia in hac causa se nimis parcialem ostendit; nam ipse in propria ad dominum ducem Burgundie et dominum Johannem de Lucemburgo militem, qui exercitum et castra ante Compendium tenebant, illis et ut sibi dictam Johannam quam captivam tenebant expedirent multa et magna dona offerens, longa stipulacione cum eis disceptavit, votaue regis Anglie quo ad hoc et sua per cedula artificiose confectam explicans, tandem precio decem mille francorum, ymo et multo majore, tradi sibi ac expediri obtinuit (2).

Quarto, quoniam non sibi directe, seu primo et immediate, sed potius regi Anglie, ipsius Johanne hosti capitali, eam expediri requisivit, sicut et de facto expedita fuit (3); (ista patent in processu, folio primo et folio iij^o).

Quinto, quia undecunqu dictam summam habuerit, id est, vel de se aut de suo acceperit, seu a rege predicto eam exegerit, hoc tamen corruptum favorem ostendit (4): quia ne-

(1) Quicherat (*Procès*... tom. I, p. 1) dit à ce sujet: «Depuis qu'il se fut retiré à Rouen, il devint l'âme damnée des princes de Lancastre, qui exploitèrent à leur profit son ambition désordonnée et son ressentiment contre Charles VII». — Dans sa déposition, le frère Martin Ladvenu dit expressément: «Episcopus belvacensis tenebat partem anglorum, et erat de consiliariis ipsius regis». (Quich. tom. II, p. 307).

(2) Au lieu de: *illis et*, M. Lanéry d'Arc propose de lire: *litteras misit*. Cette interprétation nous a paru s'écarter trop du manuscrit pour être acceptée. D'ailleurs, bien que la phrase soit un peu embrouillée, un examen plus attentif de sa contexture permet, croyons-nous, de la trouver correcte et complète, et d'en saisir le sens. L'expression *in propria* signifie manifestement: dans une lettre adressée par Cauchon lui-même. L'addition *litteras misit* devient dès lors superflue.

XXIII^o, quia precise ob causam resumpcionis habitus viri modo premissis, et etiam constantissime adhesionis ad suas revelaciones, prefatus episcopus non acquiescens deliberacioni et consilio sanioris partis assistencium super ea causa per eum convocatorum (4), cito et precipitanter ad diffinitivam sententiam processit, brachioque seculari cremendam (5) reliquit. Hoc ex processu.

(1) Scafaldus: tabulatum altius adductum, theatrum; Gallis, eschafaud. — Du Cange: *Glossarium* . . . tom. vi, p. 85.

Le procès-verbal du 24 mai raconte les détails de la prédication faite par Erard au cimetière de Saint-Ouen, pendant laquelle Jeanne demeura exposée sur un échafaud à la vue d'une multitude de peuple, devant le cardinal de Winchester et les trois évêques de Thérouten, de Noyon et de Nordwick, accompagnés de huit abbés et d'un grand nombre de docteurs. — Cf. Quicherat, *Procès* . . . tom. I, pp. 443 et suiv. — Voir aussi les notes du *Summarium*, art. vi.

(2) D'après la déposition de Jean Massieu, « ledit Erard, à la fin du preschement, leut une cédulle contenant les articles de quoy il la causoit de abjurer et révoquer »; il ajouta que « s'elle alloit à l'encontre d'aucuns desditz articles, elle seroit arse . . . Tu les abjureras présentement, ou tu seras arse ». (Quich. tom. II, p. 17).

(3) Presque tous ces détails se retrouvent dans les passages des dépositions précédemment citées, surtout au *Summarium*, art. IV et VI. — Guillaume Manchon a rapporté à l'enquête de 1450 la demande que Jeanne fit après son abjuration. « Au partement du preschement de Saint-Ouen », elle dit: « Or ça entre vous gens d'Église, menez-moi en vos prisons, et que je ne soye plus en la main de ces anglois ». Sur quoy, monseigneur de Beauvais répondit: « Menez-la où vous l'avez prinse ». Pourquoi fut remené au chasteau, duquel estoit partie ». (Quich. tom. II, p. 14).

(4) Bréhal fait allusion à la délibération du 29 mai où l'abbé de Fécamp dit qu'il fallait, avant de rendre la sentence, lire de nouveau et expliquer à Jeanne la formule d'abjuration. La plupart des consultants présents c'est-à-dire trente-trois d'entre eux, se rangèrent à cet avis, dont Cauchon ne tint pas compte. Cf. Quicherat: *Procès* . . . tom. I, pp. 463-467.

(5) Au lieu de *cremandam*.

XXV^o, quia ad extremum, ut ex tenore registri circa finem patet, fuit per istum Johanna omni communione (1) et gracia judicialiter reputata penitus indigna, quamvis penitencie et eucharistie sacramenta percipere devotissime requisiverit; ut constat ex informacionibus.

XXVI^o, quia per unam et eandem sententiam fuit Johanna pronunciata excommunicata, neque tamen reperitur quod exinde beneficium absolucionis reportaverit, sicut ex stillo inquisitionis et moris et juris est; sed confestim post pronunciacionem igni tradita fuit, tamquam non solum corporis sed etiam anime, quantum potuit et sua interfuit, ille ad cumulum vindicte impius iudex perdicionem sicerit. Hoc in processu ex tenore sentencie perpenditur (2).

XXVII^o, quia non obstante devotissimo atque piissimo ejusdem Johanne exitu, cujus gracia etiam ille episcopus coacta compassione impulsus uberrime lacrimari visus est (3), nichilominus adhuc quod supererat sue ferocitatis non omittens, quippe et mortuam persequi volens, jussit flamme reliquias, utpote cineres et pulveres, colligi et in flumen ex toto projici. Hoc ex fama publica patet (4).

XXVIII^o, quia quemdam religiosum ordinis predicatorum, eo quod dixerat omnes qui sepe dictam puellam dampnaverant seu judicaverant male fecisse, compulit judicialiter re-

(1) Lan.: commutatione. — Ce fut après avoir autorisé l'administration des sacrements de pénitence et d'eucharistie, que Cauchon prononça la sentence qui déclarait Jeanne excommuniée. La remarque en fut faite à l'enquête de 1450 par le fr. Isambard de la Pierre. (Cf. Quich. tom. II, p. 6). Un procédé si étrange méritait assurément une flétrissure spéciale.

(2) La teneur même de la sentence suffit sans doute à établir ce fait, sur lequel néanmoins les commissaires apostoliques portèrent leur attention dans l'interrogatoire des témoins. La déposition de Guillaume Manchon est aussi explicite que possible: « Interrogatus . . . qualiter sibi traderunt Eucharistiae sacramentum, attento quod eam declaraverunt excommunicatam et haereticam, et si eam absolverint in forma Ecclesiae: dicit quod super hoc fuit deliberatum per iudices et consiliarios, an sibi petenti deberet dari Eucharistiae sacramentum, et quod absolveretur in foro poenitentiali; non tamen vidit aliam absolutionem sibi exhiberi ». Déjà pareille détermination avait été prise lorsque Jeanne, gravement malade dans son cachot, demanda « avoir confession et son Sauveur aussi ». Le juge impitoyable répondit: « Si perseveraret in illo proposito de non submittendo se ecclesiae, non poterant sibi ministrari sacramenta quae petebat, excepto sacramento poenitentiae, quod semper eramus parati exhibere ». (Quich. tom. I, p. 377).

(3) En rapportant, à la fin du dernier chapitre de la première partie, les détails de la pieuse mort de la Pucelle, nous avons dit que tous les témoins s'accordaient à parler de l'émotion et des pleurs de l'assistance. Cauchon lui-même ne put s'empêcher de verser des larmes. Voir, entre autres, la déposition du fr. Isambard de la Pierre. (Quich. tom. II, p. 352).

(4) Bréhal parle ici d'après le bruit public, comme il a soin de le noter, il ne pouvait pas en effet baser son affirmation sur les dépositions des témoins entendus au procès. A part André Marguerie, qui attribue au cardinal d'Angleterre l'ordre de jeter à la Seine les cendres de la Pucelle (Quich. tom. III, p. 185), Pierre Cusquel, Laurent Guesdon et Pierre Daron (Quich. tom. III, pp. 182, 188, et 202) racontent seulement le fait sans préciser par qui il a été commandé. L'huissier Jean Massieu ne paraît pas mieux renseigné sur ce point. Voici son témoignage d'ailleurs intéressant: « Audivit etiam tunc dici a Johanne Fleury, clerico baillivi et graphario, quod tortor retulerat quod, igne cremato et in pulvere redacto, remansit cor illaesum et sanguine plenum. Et sibi fuit dictum quod pulveres et quiquid ex ea remaneret, congregaret et in Sequanam projiceret; quod et fecit ». (Quich. tom. III, pp. 159-160).

vocare, et carceri fere per annum in pane et aqua presumpsit condempnare. Hoc expresse habetur in fine registri (1).

Et ita ejusdem episcopi manifesta severitas ac persone affectatum odium ex premisis evidenter comperitur, cum tamen in iudice, etiam secundum dictamina civilium legum, hoc ad summum execrabile censeatur, quoniam semper ad humanitatem inclinant : (ff. *De legibus et senatusconsultis*, lege « Nulla », in qua dicitur) : [f^o **cxcij v^o**] « Nulla juris ratio aut equitatis benignitas patitur, ut que salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretacione contra ipsorum comodum producamus ad severitatem » (2). Et (ff. *De officio presidis*, lege « Observandum »), dicitur : Jus reddens in recognoscendo excandescere, scilicet ira, odio aut indignacione, non debet adversus eos quos malos putat (3). Quanto magis ergo secundum canonica jura in ecclesiastico iudice aut prelato, causam potissimum fidei deducente, severitas ac impietas dampnabilis perhibetur, cum promptiora semper sint ad absolvendum quam ad condempnandum, (ut c. « Ex litteris », *De probacionibus* ; et ad hoc in *glosa* allegantur ibidem multe concordancie) (4). Sed et in premissa fidei causa, que potius ad reducendum devios quam puniendum ex communi et sincera (5) intencione ecclesie agitur, omne odium, omnis rigor, omnisque impia severitas tam prelati quam inquisitoribus contra hereticam labem deputatis districtissime et sub gravissimis penis interdicitur : (ut clare patet in *Constitutione* « Multorum », cum notatis ibidem per doctores, titulo *De hereticis* libro vij^o) (6).

(1) Après les actes du procès de Jeanne d'Arc, y compris l'information et les dépositions illégales qui eurent lieu dans la semaine consécutive à l'exécution, le registre contient encore les pièces concernant le fait que Bréhal allègue en dernier lieu pour manifester l'animosité de Cauchon et l'énormité de sa conduite. Un dominicain, Pierre Bosquier, avait traité de méfait le jugement rendu contre la Pucelle. L'évêque de Beauvais, sans juridiction sur l'inculpé, osa le traduire à sa barre et l'obliger à faire amende honorable. Non content de lui avoir imposé une humiliante rétractation, il rendit un arrêt par lequel il infligeait au soi-disant coupable la peine de la prison au pain et à l'eau jusqu'au jour de Pâques de l'année suivante. La sentence fut rendue le 8 août 1431, et en 1432 Pâques tombait le 20 avril. — Cf. Quich. : *Procès*... tom. 1, pp. 495-496.

(2) C'est le texte entier de la loi, qui est la vingt-cinquième du titre III, *De legibus, senatusque consultis, et longa consuetudine* au livre premier du *Digeste* ; (p. 237).

(3) Ici Bréhal s'est contenté d'emprunter à la loi « Observandum » quelques-unes de ses principales expressions, qu'il a disposées à son gré, en y ajoutant une petite glose pour expliquer le mot : *excandescere*. — La loi est la dix-neuvième du titre XVIII, au premier livre du *Digeste* ; (p. 257).

(4) La raison alléguée par Bréhal : cum promptiora semper, etc. est extraite du chapitre « Ex litteris », qui est le troisième du titre XIX, au second livre des *Décretales* ; (pp. 681-682). — Sur le mot *promptiora* la glose marginale cite un grand nombre de dispositions légales, qui démontrent la vérité de cette affirmation.

(5) Il faudrait évidemment *sincera* ; mais l'e du manuscrit est bien formé.

(6) Les divers paragraphes du chapitre I « Multorum », titre III *De haereticis*, au ve livre des *Clémentines* (p. 263), contiennent à cet égard les recommandations les plus expresses, et les gloses des plus célèbres canonistes appellent l'attention sur ce point d'une importance capitale. Dans son *Directorium*, Nicolas Eyméric cite le texte de la *Clémentine* « Multorum » et la *glose ordinaire* de Jean André, pp. 411 et 215.

Nec sufficit ad excusacionem hujus, quia frequenter iste episcopus videtur protestari se zelo fidei et affectu justicie dumtaxat ad procedendum moveri. Nam vicia plerumque se virtutes minus provide menciuntur : (c. « Nisi cum pridem », *De renunciacione*, circa medium ; et c. « Sepe », xli dist.) (1) ; et specialiter crudelitas zelus justicie vult apparere, (ut ibi dicitur). Ideo in proposito ait Crisostomus : « Prohibet Christus me (2) per jactanciam justicie christiani christianos ledant ac despiciant, ut solis plerumque suspicionibus sunt quidam ceteros odientes et condempnantes, ac sub specie pietatis proprium odium exequentes » (3). Et Tullius, (libro primo *de officiis*), ait : « Tocius injusticie nulla capitalior, quam eorum qui, cum maxime fallant, ita agunt ut boni viri videantur » (4). Et rursus : « Existunt sepe injurie quadam nimis callida sed maliciosa juris interpretacione ; ex quo illud factum est jam tritum proverbium : Summum jus summa injuria est » (5) ; et illud : Simulata equitas duplex est iniquitas.

Et hoc sufficiat de presenti capitulo.

TERCIUM CAPITULUM

De incommoditate carcerum ac custodum ejus.

Ex premissis jam quodammodo apparet, quod carceres, in quibus Johanna detenta per longum illius qualiscumque processus fuit, non erant competentes, nec respectu detente

(1) Vers le milieu du titre IX *De renunciacione*, au premier livre des *Décretales*, se trouve le chapitre sixième « Nisi cum pridem », (pp. 232-238) dans lequel le pape fait une remarque analogue à propos d'une renonciation sous prétexte d'humilité.

Le canon « Saepe », sixième de la xli distinction, au premier livre du *Décret* (p. 249), est plus explicite ; il est ainsi conçu : « Saepe se vicia esse virtutes menciuntur, ut tenacitas parcimonia, effusio largitas, crudelitas zelus justitiae, remissio pietas veliti videri ».

(2) Au lieu de : Prohibet Christus me, qui est une faute de copiste, il faut lire : *ne*...

(3) Ce passage se trouve dans l'*Opus imperfectum in Matth. hom.* xvii in cap. vii. 4, parmi les œuvres faussement attribuées à S. J. Chrysostôme. L'auteur inconnu dit : « Dominus hoc mandato non prohibet christianos ex benevolentia corripere alios christianos dignos correptione : sed ne aut per jactanciam justitiae suae christianos despiciant peccatores, derogantes frequenter de multis, et ex solis plerumque suspicionibus odientes caeteros et condempnantes, et sub specie pietatis proprium odium exequentes ». Migne : P. Gr. tom. lvi col. 725. — Bréhal l'a probablement emprunté à la *Chaine d'or* de S. Thomas (in *Matth.* vii) — *Opera omnia*... tom. xvii, p. 84.

(4) La citation est textuelle, hormis une légère variante (lib. I *de Officiis*, xiii). — Œuvres de Cicéron : tom. xxvii, p. 314.

(5) Ce passage est emprunté au même ouvrage (lib. I *de Officiis*), mais au chap. x : « Existunt etiam saepe injuriae calumnia quadam et nimis callida sed malitiosa juris interpretacione. Ex quo illud : summum jus, summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium ». Œuvres de Cicéron : tom. xxvii, p. 304.

Le proverbe suivant n'est pas de Cicéron, à notre connaissance du moins ; mais nous l'avons rencontré dans S. Augustin, où la forme caractéristique de l'expression nous avait suggéré de le chercher. Commentant le 7^e verset du *Psaume* 63, l'évêque d'Hippone parle ainsi à son peuple : (*Enarrat. in Ps.* 63 n. 11) : « Simulata aequitas non est aequitas, sed duplex iniquitas, quia et iniquitas est et simulata ». Migne : P. L. tom. xxxvi, col. 765.

persone; quia mulier erat et juvenis, de qua legis civilis edictum sic habet: Nulla mulier, neque in causa civili neque in criminali, in carcere mictatur, aut viris custodienda tradatur, ne ejus castitati injuriatur; sed si de gravissimo crimine accusetur, in monasterium vel assistorium immictatur, aut mulieribus tradatur a quibus custodiatur, donec causa manifestetur (1); (in *Authentica* novo jure, C. *De custodia et exhibicione reorum*). Unde etiam in carcere prohibetur fieri commixtio sexuum tamquam indecens et periculosa: (lege iij, C. *De custodia reorum*). Nam in isto favetur mulieri: (lege j, C. *De officio diversorum judicum*) (2).

Racione vero cause, nullatenus decuit quod in tali carcere, videlicet prophano, squalido, obscuro, crudeli, hostili atque privato, id est, ubi capti ex bello ponebantur, ipsa manciparetur et detineretur. Fingebat enim iste episcopus se contra Johannam super crimine heresis et in causa fidei procedere. Ideo, cum sit crimen mere ecclesiasticum: (c. « Ut inquisitionis », §. « Prohibemus », *De hereticis*, libro vj^o) (3), non debuit in carcerem prophanum et secularem detrudi, et presertim cum in civitate rothomagensi sint ecclesiastici carceres boni et opportuni, quos, ut premissum est, idem episcopus imploraverat, et pecierat cum territorio sibi ob hanc causam signanter accommodari, et obtinuerat, sicut expresse patet ex serie licite prefate accommodacionis.

Unde, circa detencionem hereticorum seu hereticales carceres, per providenciam ecclesie et ex jure inveniuntur quedam specialia introducta, que tamen iste nullo modo observavit: (de quibus clare legitur et notatur in *Clementina* « Multorum », *De hereticis*) (4). Nam, ubi non sunt speciales pro hoc crimine carceres, qui in quibusdam regionibus muri dicuntur, tunc vigore legis ecclesiastice carceres episcopales debent dyocesanis et inquisitoribus esse

(1) Le manuscrit de la *Recollectio* porte: *assistorium*, au lieu du mot d'origine grecque: *asceterium*, qui se lit dans les éditions imprimées. D'après Du Cange (*Glossarium*... tom. I, p. 428) le latin *assistorium* dériverait d'*assistere*.

Dans la référence, qui suit la citation du Droit, il y a une erreur de mémoire, provenant de la similitude des titres. Le greffier a écrit: *De custodia et exhibicione reorum*, qui se trouve au *Digeste*, tandis que le véritable titre (quatrième du neuvième livre du *Code*) est seulement: *De custodia reorum*. C'est là (p. 588) que se trouve le texte du droit nouveau allégué par Bréhal. — L'édition que nous avons sous les yeux renvoie ensuite au titre xvii *Ut nulli judicium*; Novella Constitutio de Vicariis §. *necessarium*, cap. ix in collatione ix *Authenticarum*; (p. 4039).

(2) C'est la loi troisième « Quoniam unum » du titre iv *de custodia reorum*, au ix^e livre du *Code*. (p. 587), qui interdit le mélange des prisonniers et prescrit une habitation séparée pour les femmes.

La loi première « Nemo judex » du titre xlviii *De officio diversorum judicum*, au premier livre du *Code* (p. 404), favorise les mères de famille par une disposition spéciale.

(3) Dans le paragraphe « Prohibemus », du chapitre xvii, titre ii *De hereticis*, au cinquième livre du *Sexte* de Boniface viii (pp. 639-642), défense est faite aux seigneurs temporels et à leurs officiers de connaître du crime d'hérésie. La raison est donnée dans les termes mêmes cités par Bréhal: « cum sit crimen mere ecclesiasticum ».

(4) Cette *Clémentine*, déjà citée par Bréhal, sera encore plus d'une fois alléguée dans la suite. Elle se trouve au Ve livre des *Clémentines*, titre iii *De hereticis*; le chapitre premier (pp. 263-269) renferme les dispositions relatives aux prisons spéciales des hérétiques.

communes. Ideo iste non debuit aut potuit licite alios assumere. Unde et Johanna merito, de eo quod non erat in ecclesiasticis carceribus, conquerebatur; et ille utique veniebat de manifesta temeritate increpandus: (ut in c. « Si decreta », xx dist.) (1).

Preterea, eam duro tradere carceri et arto, longo tempore priusquam inquisitorem requireret, presumpsit. Ideo, juxta prefatam constitutionem, nulliter et indebite, presertim ante citationem et cause cognicionem, processit. Unde et lex dicit: Nullus incarcerari debet, ut ligetur in carcere, antequam convincatur (2).

Amplius, non solum duro et arto (3), sed etiam terribili et penali carceri eam tradidit, contra expressum tenorem dicte *Clementine*; et iterum secundum leges, cum carcer potius inventus sit ad custodiam quam ad penam: (ff. *De penis*, « Aut dampno » §. « Solent ») (4). Nam et ipsarum legum humanitas vult, quod etiam reus capitalis criminis exhibitus non debeat pati manicas ferreas inherentes ossibus; sufficit enim ut talis tute custodiatur, et nullatenus crucietur: (C. *De custodia et exhibicione reorum*, lege j) (5). Que etiam lex non

(1) Le canon « Si decreta » est le second de la vingtième distinction, dans la première partie du *Décret*; (p. 109). Il est conçu en ces termes: « Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi. Si vero habetis et non observatis, de temeritate estis corripendi et increpandi ».

(2) Bréhal n'indique pas où il a pris ce texte, qu'il cite probablement de mémoire. Il nous semble qu'il avait en vue la loi « Nullus », qui est la seconde du titre iii: *De exhibendis et transmittendis reis*, au neuvième livre du *Code*, (p. 587). Elle s'exprime ainsi: « Nullus in carcerem, priusquam convincatur, omnino vinciatur ».

(3) Lan: arduo. — La *Clémentine* citée tout à l'heure défend expressément les agissements dont Cauchon s'est rendu coupable.

Au chapitre précédent, nous avons cité les dépositions relatives au traitement qu'on infligeait à Jeanne dans son cachot. Il ne nous reste à noter ici que certaines particularités propres à donner une connaissance plus complète du lieu. Laurent Guesdon dit: « Erat in carceribus castri rothomagensis, non in carceribus communibus ». (Quich. tom. iii, p. 187). Mauget Leparmentier ajoute: « in grossa turri »; (*ibid.* p. 186). Le fr. Isambard de la Pierre: « in quadam camera satis tenebrosa ». (Quich. tom. ii, p. 302). Pierre Cusquel: « in quadam camera sita subtus quemdam gradum, versus campos... versus portam posteriorem ». (Quich. tom. iii, pp. 180 et 305). Enfin l'huissier Massien: « in quadam camera media, in qua ascendebatur per octo gradus ». (Quich. tom. iii, p. 154).

(4) La raison alléguée par Bréhal se trouve, quant au sens, au paragraphe « Solent » de la loi « Aut damnum », qui est la huitième du titre xix *De penis* dans le livre xlviii du *Digeste*; (p. 1623).

(5) Nous avons déjà fait remarquer qu'il y a, au *Digeste*, livre xlviii, un titre iii *De custodia et exhibicione reorum*; (p. 1587). La première loi de ce titre laisse au juge la libre appréciation de ce qu'il convient de faire de l'accusé suivant la qualité de la personne ou la gravité du crime. Bien que ce texte puisse être allégué dans le sens que Bréhal avait en vue, nous n'hésitons pas à affirmer qu'il y a eu ici, de la part de l'inquisiteur ou du greffier, une confusion avec le titre similaire du *Code*. En effet le manuscrit ne porte pas le sigle du *Digeste* (ff), mais le C. placé avant le titre, selon son usage pour indiquer le *Code*. Il faut donc lire: *Code* (livre neuvième), *De Custodia reorum* (titre iv), loi première « In quacumque causa »; (p. 587). C'est là qu'on retrouve les passages, auxquels Bréhal fait allusion dans son texte. On y lit: « Interea vero reum exhibitum, non per ferreas manicas et inhaerentes ossibus mitti oportet... ut cruciatio desit ». Puis, après avoir fait mention de la lumière du jour, dont on ne doit pas priver l'accusé, la loi ajoute ces paroles, qui sont manifestement indiquées dans la phrase subséquente de la *Recollectio*: « Ne pœnis carceris perimatur; quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse dignoscitur ».

patitur hujusmodi reum in obscuro diei luce privari ; quanto magis, ait, innocenti miserum esset. Unde, cum ex hujusmodi penoso carcere se intollerabiliter cruciari frequenter palam et in judicio Johanna conquesta sit, protestans potius velle mori quam ulterius sic torqueri (1), ex hoc plane irritatur, si quid contra se confessa fuerit, quia « qui in carcerem detrusit aliquem, ut ab eo aliquid extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est nullius est momenti » (2) ; (ff. *Quod metus causa*, lege penultima). Et etiam ultro mori appetens ut penam questionis effugiat non est audiendus : (ff. *De questionibus*, lege j §. « Si quis ») (3). In verbo autem questionis, non solum intelliguntur tormenta corpori exhibita, sed etiam fames, sitis, squalor carceris, et quilibet alius dolor quo quis afficitur, donec objectum crimen confiteatur. Ymo sordidus carcer potest convenienter questio appellari : (ff. *De injuriis*, lege « Apud Labeonem », §. « questionem », et §. « questionis ») (4).

Denique, quantum ad custodes qui commentarienses in jure civili vocantur, est per constitutionem ecclesie superius allegatam, quantum ad causas fidei pertinet, lex specialis ad providenciam et exactam cautelam posita : videlicet, quod deputentur duo, unus ex parte episcopi, alter ex parte inquisitoris, quorum quilibet ipsius carceris seu conclavis differentem clavem debet habere, ita ut secundum communem episcopi et inquisitoris ordinationem universa detentis necessaria ministrentur et singula peragantur ; quod hic per istos nullo modo reperitur observatum.

Ceterum ipsi custodes, per constitutionem predictam, debent esse discreti, industriosi atque fideles, ut constat ex textu ejusdem ; que minime presumi possunt de istis ad custodiam Johanne deputatis. Nam hii erant viri [f^o cxciij r^o] bellicis dediti, et per consequens de viciis multis suspecti, juxta illud quod de beatissimo Martino ait Severus Sulpicius, de tempore milicie ejus loquens : « Integer tamen ab illis viciis, quibus illud hominum genus implicari solet » (5). Nam tironibus, id est militibus, non debet facile hujusmodi custodia committi, eo quod nimis carnales sunt ; (ff. *De tironibus*, lege prima, in fine) (6). Et ita

(1) Cf. *Summarium*, art. vi.

(2) C'est presque à la lettre la loi vingt-deuxième « Cui in carcerem », c'est-à-dire l'avant dernière du titre III *Quod metus causa*, au livre VI du *Digeste* ; (p. 323).

(3) La loi « In criminibus » est la première du titre XVIII *De quaestionibus*, au livre XLVIII du *Digeste* ; (pp. 1618-1619). Le paragraphe 27 « Si quis » débute ainsi : « Si quis ultro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est. Nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa, in se confitetur ».

(4) C'est le sens des deux paragraphes « Quaestionem » et « Questionis » (§. 41) de la loi « Item apud Labeonem », qui est la quinzième du titre X *De injuriis*, au livre XLVII du *Digeste* ; (p. 1569).

(5) Sulpice Sévère : *De vita beati Martini*. — Migne : P. L. tom. xx col 161. D.

(6) Il y a manifestement une confusion ou une omission dans cette référence. La première loi du titre XLIV *de tironibus* appartient au XII^e livre du *Code*, (p. 751) ; et non au *Digeste*, dont le sigle [ff] a pourtant été fort clairement tracé par le greffier. Il nous paraît vraisemblable que le texte original de l'inquisiteur alléguait deux lois à ce sujet : l'une du *Digeste*, la quatorzième du titre III : *De custodia et exhibitione reorum*, au livre XLVIII ; (p. 1588), dans laquelle on lit précisément l'assertion de Bréhal : « Non est facile tironi [glossa : id est, novo militi] custodia credenda » ; l'autre serait empruntée au *Code* : *De tironibus*, lege prima, in fine.

nullo modo Johanna, que juvenula erat, debuit istis committi, (juxta auctoritatem premissam, novo jure) (1).

Licet non digne opus sit hic plurimum allegare, aut dicta fulciri argumentis vel auctoritatibus, quoniam manifesta ibi patet iniquitas, rursus juxta eandem *Clementinam*, ipsi custodes de fidelitate prestare debent juramentum. Sed hic omnino presumi poterat quod hii erant in proposito, scilicet ad eam custodiendum, malefidi ; sicut et de facto patuit in violenta actemptatione pudicie ejus, et in variis afflictionibus sibi in ipso carcere illatis. Quinymo idem episcopus plene noverat quod illi, quia anglici genere ac subjectionis lege, erant de inimicia in Johannam ad hoc non permittendi. Ad hoc etiam constabat cuilibet manifeste, cum evidens esset, eos hostes capitales esse ; ideoque primo opere cavere debuit, ne ad eorum manus deveniret, cum indubitanter animadvertere posset quod, et per se ipsos et alios effrenatos hostilesque complices, plurimas molestias Johanne inferrent, cum tamen dicat lex (prima C. *De custodia reorum*) (2) quia observatores reorum cum humanitate quadam debent tractare incarceratos, nec debent accusatoribus crudelitatem suam vendere precio vel gracia, astringendo incarceratos fame, vel angustia aut siti, vel trahendo eos a loco audiencie unde neminem audiant, vel clamantes a nemine audiantur. Si autem hoc fecerint, debet judex eis imponere penam capitalem ; alioquin infamatur ipse judex, et periculum subit pro arbitrio superioris. Hec verba in forma ponit Azo (in *Summa*, rubrica predicta).

Ex informationibus nempe factis Rothomagi clare habetur, quod innotuerunt dicto episcopo plurime enormes violencie ac molestie ipsi simplici ac miti puelle irrogate. Nichilominus illos custodes perfidos non punivit ; et certe satis presumitur quod non fuisset ausus, cum etiam, ut asseritur, ingressum ad dictos carceres non nisi per magnam difficultatem ipse haberet, et quam captivam suam dicebat in potestate libera non teneret. Ideo consequenter patet, quod de clavibus, juxta providenciam dicte constitutionis, nichil penitus fuit observatum, similiter neque de actencione et sollicitudine circa administracionem victus et aliorum necessariorum, cum tamen lex etiam civilis decernat quod episcopi tenentur subvenire diligenter de victu necessario incarceratis : (C. *De episcopali audiencia*, lege « Judices ») (3).

Patet ergo evidenter incomoditas carceris et custodum, seu commentariensium, et per consequens non solum iniquitas, sed et maxima impietas judicis.

(1) L'autorité invoquée par Bréhal est celle de la *Novelle* 134, *Ut nulli judicium*, (p. 1040), que nous avons mentionnée plus haut.

(2) La loi première « In quacumque causa » du titre IV au livre neuvième du *Code* ; (p. 587). — Bréhal allègue ci-après le sens, et même en grande partie le texte du commentaire fait sur cette loi par Azzon, célèbre jurisconsulte du XII^e siècle, professeur à Bologne et à Montpellier, mort vers la fin de 1220, qu'on avait surnommé le *Maître du droit* et la *source des lois*. — Voir : *Summa Azonis in jus civile*, p. 236, col. 2.

(3) La loi « Judices » est la neuvième du titre IV, au premier livre du *Code* ; (p. 46). Elle entre dans le détail des fournitures à faire pour les vivres des détenus.

QUARTUM CAPITULUM.

De recusacione iudicis, et sufficienti provocacione seu appellacione ad papam.

Ex hiis que de impietate et affectu inordinato, deque incompetencia iudicis, ac de incommoditate carcerum, et hujusmodi, proxime deducta sunt, satis apparet quod Johanna illum iudicem pretensum merito recusare debuit, et a gravaminibus sibi illatis vel inferendis appellacionem interponere legitime potuit. Commune est enim et vulgatissimum in jure, quod suspecti et capitales inimici iudices esse non possunt aut debent : (ut late deducitur in c. « Quia suspecti », iij. q. v) (1). Nam, secundum Tancredum, recusacio est a jurisdictione iudicum declinacio per excepcionem suspicionis appositam (2). Coram enim iudice suspecto non debet quis compelli litigare : (c. « Ad hec », *De rescriptis*; c. « Cum sicut », *De eo qui miclitur in possessionem causa rei servande*) (3). Hoc enim periculosum est : (c. « Cum inter », *De excepcionibus*) (4). Que tamen sint cause recusandi iudicem non multum invenitur expressum, sed pro manifesta causa suspicionis : (ut c. « Quia vero », *De iudiciis*) (5). Pos-

(1) Le canon « Quod suspecti » (et non : Quia) est le quinzième de la question vi (le greffier a omis un chiffre), cause III, dans la seconde partie du *Décret*, (p. 923). Il débute par ces mots : « Quod suspecti et inimici iudices esse non debeant, et ipsa ratio dictat, et plurimis probatur exemplis ». Puis il expose ces diverses preuves tout au long ; *late deducitur*, comme dit Bréhal.

(2) Tancrede, né à Bologne, fut chanoine, puis archidiacre de la cathédrale de cette ville en 1226. Il avait suivi les cours d'Azzon et d'autres professeurs. Il a laissé un *Ordo iudicarius*, qui est un traité de procédure d'après les principes du droit romain et du droit canonique. — Sa définition de la récusation est adoptée par plusieurs auteurs. Elle se trouve dans son livre 2, *De recusationibus iudicum* ; f° 52 col. 3.

(3) Le chapitre « Ad haec » est le dixième du titre III *De rescriptis*, au premier livre des *Décretales* ; (pp. 38-39). Le pape y déclare sans valeur certaines lettres qu'on prétendait émaner de la chancellerie pontificale, d'après lesquelles il aurait été loisible de choisir des juges « sibi propitios, et parti adversae suspectos ».

Le chapitre « Cum sicut » est le deuxième du titre xv, au livre second des *Décretales* ; (p. 666). Il y a peut-être ici quelque erreur de référence ; car rien dans ce chapitre ne nous paraît s'appliquer à la question.

(4) Le chapitre « Cum inter » est le cinquième du titre xxv, au Ve livre des *Décretales* ; (pp. 838-839). On y lit la raison qui vient d'être alléguée ici par Bréhal.

(5) Le titre I *De iudiciis*, du second livre des *Décretales*, renferme un chapitre *Quia V.* (initiale d'un nom propre) ; mais il n'y est pas question de récuser le juge pour cause de suspicion. — Au chapitre XIX du même titre, on trouve un §. « Quia vero » (pp. 357-359) ; il n'est pas davantage applicable à la citation de Bréhal. — Le second livre des *Décretales* contient cependant un titre *De appellacionibus* (XXIX), où il est fait mention expresse de la récusation du juge pour ce motif.

Il est possible que l'inquisiteur ait eu vue le titre similaire *De iudiciis*, qui est le premier du troisième livre du *Code* ; car on y rencontre une loi « Apertissimi juris », qui est la seizième (p. 165), dans laquelle le législateur donne aux parties le droit de récuser des juges : « quia sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est, liceat ei qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare. . . » Et à la suite de cette loi, on renvoie au §. « Si vero contigerit » des *Authentiques* (*Novell.* 86 : *Ut differentes iudices audire interpellantium allegationes cogantur* tit. xv, coll. vi ; p. 941).

sunt tamen designari sex cause : scilicet, ambicio laudis, timor, ira, amor, odium, cupiditas. Hiis enim corruptus iudex veritatem male examinat. Versus : Omnis laus, timor, ira necant, amor, odium, dataque cecant ; (ut c. « Nichil », lxxxij dist. : « Accusatores » iij. q. v ; et xj. q. iij per totum) (1).

Manifestum autem est ex predictis, quod hec omnia corrupte suspicionis iudicia appa- ruerunt in hoc episcopo iudicium istud usurpanti. Nam clarum est, quod venalis ambicio laudis, et ut ab anglicis vane glorie atque gratuite premia commendacionis seu acceptacionis reportaret, eum maxime induxit et movit ; (quod summe dampnatur in c. « Cum eter- ni » *De sententia et re iudicata*, §. « Si quis », libro xj) (2). Unde hoc videtur persone accep- tionem includere ; de qua dicitur, (*Proverbiorum* xvij) : « Accipere personam in iudicium non est bonum (3) ».

Fuit etiam, ut premissum est, in ipso processu justissimus (4) metus ipsi Johanne multi- pliciter illatus, quoniam detinebatur in potestate et districtu inimicorum suorum capitalium quod erat sufficiens inductivum, non solum recusacionis, sed etiam appellacionis (ut notatur in verbo « Sub districtu », c. « Accedens », *Ut lite non contestata*) (5). Nam ad officium iudicis pertinet partibus cum securitate locum assignare : (c. « Cum locum » *De sponsalibus* ; c. « Hor- tamur » iij. q. ix ; c. « Ex parte », *De appellacionibus* ; ff. *De iudiciis*, lege « Si longius » ;

(1) Le canon « Nichil illo » est le sixième de la lxxxiii distinction, dans la première partie du *Décret* ; (p. 505).

Le canon « Accusatores » est le huitième de la question v, cause III, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 921).

Dans ces deux canons, ainsi que dans un certain nombre de ceux de la question III, cause XI, il est question des passions diverses qui peuvent corrompre la rectitude du jugement.

Quant aux vers mnémotechniques allégués ici par Bréhal, nous ignorons à quel recueil l'inquisiteur les a empruntés. Une citation, probablement faite de mémoire, doit en avoir altéré la teneur ; car ils sont dépourvus de la quantité prosodique, et ne conservent qu'un certain rythme avec la con- sonance des hémistiches.

(2) Le chapitre « Cum aeterni », premier du titre XIV, au second livre du *Serte* (pp. 372-375), a déjà été cité. Il expose les conditions essentielles d'une sentence juste ; et dans son paragraphe « Si quis », il condamne sévèrement les juges qui agissent en dehors de ces conditions.

(3) Le texte de la Vulgate (*Prov.* xviii. 5) est assez différent : « Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate iudicii ».

(4) Le manuscrit porte bien « justissimus », et nous le reproduisons tel quel. On peut, à la ri- gueur, entendre cette expression dans un sens acceptable, si l'on traduit que la crainte subie par la Pucelle en maintes occasions durant sa cruelle captivité était trop justifiée, puisqu'elle se savait au pouvoir de ses ennemis mortels. Néanmoins, nous croyons que Bréhal avait écrit : *injustissi- mus metus*, et que, par inadvertance du greffier la particule négative a été omise dans la trans- cription du texte original. Cette leçon en effet cadre mieux avec le contexte, qui a précisément pour but de montrer que la crainte infligée à Jeanne au mépris de toute justice lui donnait le droit de récuser ses juges et même de faire appel. Elle est d'ailleurs plus conforme au langage usité parmi les théologiens et les canonistes, qui nomment la crainte juste ou injuste, suivant qu'elle est le résultat d'une action juste ou injuste.

(5) Le chapitre « Accedens » est le quatrième du titre VI, au second livre des *Décretales* ; (p. 573). Il y est fait droit à la requête d'un vicomte, qui récuse ses juges parce qu'ils sont sur le territoire et sous la domination de son ennemi mortel.

ff. *De arbitris*, lege « Si cum dies » §. « Si arbiter » (1). Etiam et in istorum potestate simpliciter erat ; ex quo consurgebat maximus metus ; quoniam istud de jure timetur, hoc refugit ratio, hoc de more vitatur, hoc abhorret natura : (ut in *Clementina* « Pastoralis », §. « Esto igitur », *De sententia et re judicata*) (2). Et hoc est, secundum Hostiensem, justa causa recusacionis ; quia quis potest timere propter se, propter parentes et propter bona. (Argumentum : in cap. « Visis », xvj. q. ij. circa medium) (3).

Preterea, iracundie passionem hic episcopus in multis, ut dictum est, ostendit, et prosequens (4) legitime recusabilem ac suspectum se reddidit. (Argumentum efficax, in lege « Observandum », ff. *De officio presidis*) (5).

Item apparuit corruptus favor in multis, ut habitum est : quoniam hic pretensus iudex partem anglicorum mirabiliter fovebat, et eis summe familiaris erat, ideoque in hoc iudicio veniebat legitime recusandus : (ut in dicto c. « Accedens », *Ut lite non contestata* ; et c. « Insinuante », *De officio delegati* ; c. « Postremo », *De appellacionibus* ; c. « Quia suspecti », ij. q. vj : c. « Placuit ». ij. q. v) (6).

(1) Le chapitre « Cum locum » est le quatorzième du titre premier *De sponsalibus*, au quatrième livre des *Décretales* ; (p. 1429). Il dit : « Necessè est ut, ubi assensus cujusquam requiritur, coactionis materia repellatur » ; raison facilement applicable à l'affirmation de Bréhal.

Dans le canon « Hortamur », qui est le vingtième de la question ix cause iii, seconde partie du *Décret*, (p. 955), le pape recommande aux juges de procurer la sécurité des témoins.

Le titre xxviii *De appellacionibus*, au deuxième livre des *Décretales*, renferme deux chapitres « Ex parte ». L'un est le quarante-septième (p. 942) ; l'autre est le soixante-septième (p. 973). Tous les deux parlent du défaut de sécurité.

La loi « Si longius », qui est la dix-huitième du premier titre, au V^e livre du *Digeste*, (p. 361) a trait plutôt à la sécurité du juge qu'à celle des parties ; elle est applicable indirectement à la question.

Enfin on trouve au *Digeste* : livre IV, titre viii : *De receptis qui arbitrium receperunt*, une loi, la vingt-et-unième, dont deux paragraphes (5 et 10) commencent par les mots « Si cum dies » et « Si arbiter » ; (p. 351). Mais elle nous semble avoir peu de rapport avec les précédentes citations.

(2) Ce sont les expressions même du second chapitre, titre x, au second livre des *Clémentines* ; (p. 134).

(3) Le canon « Visis » est le premier de la seconde question, cause xvi, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 1411). — Voir le commentaire de l'Hostiensis (Henri de Suze).

(4) Telle est la leçon du manuscrit. N'est-ce pas une faute de copiste, au lieu de : *per consequens* ?

(5) Loi déjà citée, dix-neuvième du titre xviii, au premier livre du *Digeste* ; (p. 357).

(6) Le chapitre « Accedens » est le quatrième du titre vi, au second livre des *Décretales*, (p. 573). Il y est déclaré qu'un des juges est récusé, parce qu'il était trop favorable à la partie adverse.

Le chapitre « Insinuante » est le vingt-cinquième du titre xxix : *De officio et potestate iudicis delegati*, au livre premier des *Décretales* ; (pp. 352-353) ; il y est parlé de la récusation d'un juge suspect de partialité.

Le chapitre « Postremo » est le trente-sixième du titre xxviii, au second livre des *Décretales* ; (p. 928). Le pape admet la récusation du juge délégué, qui serait suspect à cause de sa parenté.

Le canon « Quod suspecti » (le greffier a encore mis : Quia) est, nous l'avons déjà noté, le quinzième de la question vi, cause iii, dans la seconde partie du *Décret* ; (p. 923).

De odio autem ac inimicia capitali ipsius episcopi ad Johannam evidenter patuit : idcirco juste eum recusavit. Nam capitali inimico nullus tenetur se submictere : (ut in preallegata *Clementina* « Pastoralis », et in sepe dicto capitulo « Accedens »). Si enim quis propter inimicias capitales repellitur a testificando : (ut c. « Cum oporteat », *De accusacionibus* ; et c. « Per tuas », *De symonia*) (1) ; quanto magis a iudicando repelli debet, quia minor causa repellit iudicem quam testem : (xj. q. iij, « Quicumque ») (2). Cujus ratio assignatur, quia plures iudices facilius inveniuntur quam unus bonus testis. Ut enim dicit Hostiensis, modica causa [*fo cxciiij vº*] repellit iudicem, ut lis sine suspicione procedat : (argumentum, C. *De iudiciis*, lege « Apertissimi » ; et c. « Secundo requiris », *De appellacionibus*) (3). Notat etiam Johannes, (in dicto capitulo « Quia suspecti »), quod sufficit protestari aliquam suspicionem, et quicquid post illam protestacionem fit non tenet, ac si post appellacionem factum esset : (c. « Cum sicut », *De eo qui mictitur in possessionem causa rei servande*) (4). Ymo, etsi non protestetur, si tamen postea probet suspicionem, cassatur quod fit contra eum : (ut in sepius allegato capitulo « Accedens »). Ideo, cum hic non solum fuerit privatum odium, sed evidens persecucio, ex consequenti fuit justa recusacio : (ad quod facit optime lex « Si pariter », ff. *De liberali causa*) (5).

Idem concluditur ex eo quod iste episcopus erat inimicus regis Francie et veri ac legitimi domini ipsius Johanne ; quia propter dominum tota familia recusat jurisdictionem alicuius : (lege j. C. *Si quacunq[ue] p[re]ditus potestate*) (6). Quippe et inimicus reputatur iudex

Quant au canon « Placuit », la référence doit être fautive : il n'existe pas de canon commençant ainsi dans la cause II. Nous avons vainement cherché parmi les nombreux canons « Placuit » quel pourrait être celui auquel Bréhal renvoie.

